UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

Caesarii Heisterbacensis Ordinis Cisterciensis Monachi Illvstrivm Miracvlorvm, Et historiarum memorabilium, sex posteriores libri. Prologvs In Librvm Septimvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

Visual Library

CÆSARII HEISTERBACENSIS ORDINIS CISTERCIENSIS MONACHI ILLVSTRIVM MIRACVLORVM, ET hiſtoriarum memorabilium, ſex poſteriores libri.

PROLOGVS IN LIBRVM SEPTIMVM.

PRAEMISSIS ſex diſtinctionibus, videlicet de conuerſione, de contritione, de confeſſione, de tentatione, de dæmonibus, & virtute ſimplicitatis, inter ſex adhuc ſuperſtites primam diſtinctionem ſibi vendicat beata Dei genitrix virgo Maria, eo quòd ipſa ſit digniſſimum eccleſiæ membrum. Et hoc non incongruè fieri videtur in ſeptimo loco, quia ſecundùm philoſophos, ſeptenarius numerus eſt virginitatis, eo quòd infra primum limitem denarium, nullum numerum ex ſe generet. Quod virgo genuit, ſupra naturam fuit: ipſa eſt enim virga de radice Ieſſe exorta, quæ florem nobis protulit, ſuper quẽ ſpiritus ſeptiformis gratiæ requieuit. Cuius virtutẽ, vt digna ſcribere & ſcribendã poſſim perficere, ſuppliciter imploro.

Iſaia 7.

CAPITA LIBRI SEPTIMI.

De his, quæ beatam virginem Mariam myſticè deſignant, & de beneficijs humano generi per eam collatis, cap. primum.
De imagine eius, quæ ſudauit timore diuinæ ſententiæ, cap. 2.
De plaga Friſiæ, ob iniuriam dominici corporis, cap. 3.
De ſacerdote idiota, qui à ſancto Thoma Cantuarienſi degradatus,